



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

103 Ecclesiae interest, ut ejus bona emphiteutica augeantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ibus bona emphiteutica unâ cum emponematibus, omnibusque aliis melioramentis ad ecclesiam devoluantur, *ut l. 2. C. d. 100* *jur. emphiteu. Alexand. cons. 44. num. 7. & 18. lib. 3. Specul. de loc. & emphit. lib. 4. par. 3. n. 34. 112. & 157. & Corbul. de caus. privat. ob rei deter. num: 13. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 36.*

102 Quarto casu, si quo, servatis servandis, fuerint prædia ecclesiastica in emphiteusim concessa, tunc, aut ab emphiteuta in eisdem terminis, & statu, in quo fuerunt emphiteuticata, possidentur, & hoc casu, nullo etiam exquisito colore possunt laici ab emphiteuta prædiorum ecclesiasticorum collectarum exactiorem prætereundum, quia immunitas dictorum

103 prædiorum si cum sit realis, *Levit. cap. 7. cap. nullum liceat, 12. quest. 2. cap. generaliter, §. novarum, 16. quest. 1. Rot. divers. decis. 23. num: 6. par: 2. cum aliis supra allegatis.* transit ad quemcumque cum

104 eisdem bonis ecclesiasticis, & si ea gaudent laici, eadem bona in emphiteusim possidentes, *gloss. in dict. cap. generaliter §. novarum in vers. mancipia, 16. quest. 1. Abb. cons. 9. num. 2. vers. si enim eximitur, per a. Paris. cons. 69, num. 6 lib. 1. & alii supra eodem. cap. 33. citati,* quibus addo in terminis emphiteusis ecclesiasticæ, *Bart. in l. privata, num. 2. C. de excus. mun. lib. 10* quem sequitur *las. in l. 1. num. 31. C. de jur. emphit. gloss. unis. in l. honorem, ff. de mun. & honor.* quam pro hac opinione sequendo, *Bart. citat Purpa. in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles.* hanc etiam opinionem pluribus probat *Petr. de Ubalin tract. collect. in fin. & post Bart. Bald. & Alexand.* quos citat eandem opinio-

nem sequitur *Bertach. in repert. sub ver.*

100 Collectam emphiteuta si distinguens, quod secus est in emphiteuta privati, quantum distinctionem tenet etiam & probat *Boss. titul. de princip. & privil. eid. 123. iunct. num. 128.*

106 Rationem si quare pro bonis emphiteuticis, quæ laicus habet ab Ecclesia non teneatur solvere aliquam collectam, adducit *las.* nempe ex eo, quod dicta bona sint perpetuò pensioni obligata, & pro eis quolibet anno canon solvatur; ideo nullam communi pro his deberi collectam; ne pro emphiteusi Ecclesiastica duplicia onera sustineantur, *ut ead. l. 1. dicto num. 31. post Felin. Rom. Socin. Feder. de Sen, Alexand. Dec. & alios quos citat Cardin. Tusch, in pract. conclus. sub rubr. oner. duplic. conclus. 136. n. 3. tom. 5.*

107 Quod etiam si altera ratione firmatur, quia licet statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, etiam si talia sint bona, quorum utile dominium spectet ad laicos, *cap. qua in Ecclesiis, ubi Abb. num: 2. de constit. cum aliis supra numer: 90 & seq. allegatis, & mox citand. u*

108 Statuta enim si laicorum etiam, quod non disponant de ecclesiis, vel clericis, nec in materia tangente privilegia, vel jura clericorum, aut ecclesiarum, sed simpliciter aliquid honestum disponant in præjudicialibus non ligant, nec comprehendunt clericos, nec ecclesias, seu bona ecclesiastica, quidquid modernis temporibus in contrarium tenuerit *Capiblane. de Baron. pragm. 1. sub. num: 198. & seq.*